

et veniebant ordines angelorum. prophetarum martirum et omnium sanctorum. Et ecce in medio eorum mulier sola gloria circumdata et venit usque ad nuptias et omnes astantes adorabant eam. Et audita est vox dicens Hic est abbas theodorus. qui falso de pueri accusatus est et septem tempora super eam mutata sunt. Castigata est enim quia culpable virtus coinquinavit. Excitatus autem abbas concitus cum fratribus ad cellam eius iuit et ipsam iam defunctam inuenit. Et intrantes et discoperientes ipsam esse feminam inuenierunt. Misitque abbas pro patre puelle que eam infamauerat. et dixit illi Vir filie tue mortus est et auferens vestimentum. mulierem esse cognovit. Factus est autem timor magnus super omnes qui hoc audierunt. Angelus autem domini locutus est abbati dicens. Surge velociter equum concende et in ciuitatem vade. et si quis tibi obuiauerit assume et tecum adhuc. Qui dum pergeret quidam vir curreret sibi obuiavit. Quem cum abbas interrogaret quo curret ille ait. Nulla mea defuncta est. et vade videre eam. Et assumpit abbas virum theodorem in equum et venientes plurimum fleuerunt et ipsam cum multis laudibus sepelierunt. Vir autem eius cellaz theodorem ueroris sue accepit et ibidem permanens tandem in domino obdormiuit. Puer autem theodorem nutricem sequens omnem morum honestate pollebat ita.

mortuo abbate monasterij ipse in abbatem unanimiter est electus

**D**e sanctis felice et naboro historiam quere in fine.

**D**e nominis interpretatio mar garete virginis

**M**argaëta dicitur a quadam preciosa gemma que margarita vocatur. Que gemma est candida. parua et virtuosa. Sic beata margareta fuit candida per virginitatem parua per humilitatem virtuosa. per miraculorum operationem. Virtus autem huius lapidis dicitur esse contra sanguinis effusionem contra cordis passionem. et ad spiritus confortationem. Sic beata margareta habuit virtutem contra effusionem sanguinis per constantiam quia in suo martirio constans extitit. Contra cordis passionem id est. dominis temptationem. Per victoriam. quia ipsum diabolum superauit. Ut spiritus confortationem per doctrinam. quia per sui doctrinam multorum animos confortauit et ad fidem christi conuertit. Eius legendam heotinus vir eruditus scripsit.

**D**e sancta margareta.

**M**argareta de ciuitate antiochie fuit filia theodosij gentilium patriarche. Nu

trici hec tradit̄ et ad adultam etatem veniēs baptizatur. et propter hoc exosa patri plurimū habebatur. Quadam igitur die dum iā de cīnumquintum annū attigisset et cum alijs virginibus oves nutrīt̄. sive custodiret prefectus olibrius ī de transitum faciens ī puerā tam formosam considerans mox in eius amorem exarsit ī pueros ad ipaz concitus misit dicens. Ite et eā cōprehendite ut si libera est eaz mihi in uxore accipiā si ancilla eam mihi in concubinam habeam. Cum igitur eius conspectui fuisse presen tata eā de genere suo ī nomine ac religione requisiuit. Illa autem respondit se genere nobilem ī nomine margaretaz ac religione christi anam. Cui prefectus. Duo prima tibi recte conueniunt quia et nobis haberes et margarita pulcerri ma comprobaris. Sed tertium ti bi non queit ut puella tam pulcra et nobilis deum habeat crucifixuz. Cui illa vnde scis christū fuisse crucifirum. Et ille ex libris christiano rum. Cui margareta cum igitur legatur pena christi ī gloria que ve recundia est vestra ut vnum credatis et alterum denegatis. Cum autem margareta eum sponte crucifi xum assereret pro redēptione nostra sed nunc eum in eternum viue re affirmaret iratus prefectus eaz in carcerem mitti iussit. Sequenti autem die eam ad se venire fecit ei qz dicit. Bona puella miserere pulcritudis tue et deos nostros ado

ra ut bene tibi sit. Cui illa. Illum a dorō quem terra contremiscit mar e formidat. vēti et omnes creatūtē timent. Cui prefec̄t. Nisi mihi cōsen seris corpus tuum faciam laniari. Cui margareta Christus semetip sum pro me in mortem tradidit et ideo pro christo mori desidero. Cē prefectus iussit eam in eculeum su spendi ī tam crudeliter primo vir gis deinde pectinibus ferreis vsqz ad nudatiōem ossium laniari qz sā guis de eius corpore tanqz de fon te purissimo emanauit. Flebant au tem qui ibi aderant et dicebant. O margareta vere de te dolemus qz corpus tuuz tam crudeliter lacera ri conspicimus. O qualem amisisti pulcritudinem propter tuam incre dulitatem. Jam nunc saltem crēde ut viuas. Quibus illa. O mali consiliarij recedite et abite. Hec carnis cruciatio. anime est salutatō. Dixit qz ad prefectum. Impudens canis insaciabilis Ico in carnem potesta tem hahes sed animam christus. f seruat. Prefectus autem faciem clāmide operiebat nec tantaz sanguinis effusionem videre poterat. De inde eam deponi fecerat ī recludi in carcerē iussit et mira ibi claritas fulsit. Ibi duz esset oravit dñm vt inimicum qui secum pugnat sibi visibiliter demonstraret. Et ecce tra co immanissimus ibidem apparuit qui dum eam deuoratus imper teret signum crucis edidit et ille euauit vel ut alibi legitur os sup caput eius ponens ī linguam sup

calcaneum porrigenſ. ipam pti⁹  
deglutiuit. Sed dum eam absorbe  
re vellet ſigno ſe crucis muniuit Et  
ideo draco virtute crucis crepuit  
et virgo illeſ a exiuit. Iſtud autē qđ  
dicitur de draconis deuoratione  
et ipius crepatione apocrifuz ſpu  
tatur. Diabolus iterum ut eam de  
cipere poſſet in ſpeciem hominis ſe  
mutauit. Quez videns in oratiōeſ ſe  
de dedit. Et dum surrexiſſet diabo  
lus ad eam accessit et manū tenēſ  
dixit. Sufficiat tibi qđ feciſti iam  
nunc cessa de mea pſona. Illa autē  
euz apprehendit per caput ſub ſe  
ad terram deiecit et ſup ceruicē ei⁹  
dexterum pedē poſuit dicens. Ster  
nere ſupbe demon ſub pedibus fe  
mine. Demon autem clamabat. O  
beata margareta ſuperatus ſum.  
Si iuuenis me vinceret nō curarē.  
Ecce a tenera puella ſuperatus ſū  
et inde plus doleo. quia pater tu⁹  
et mater amici mei fuerunt. Illa ve  
ro illuz coegit ut diceret. Cur veniſ  
ſet qui ſe veniſſe ait ut ſibi conſule  
ret qđ monitiſ pſidis obedieſt. Coe  
git quoq; vt diceret cur xpianos  
tam multipliciter temptaret. Qui rū  
dit. naturale ſibi eſſe odium h̄ctra  
viros h̄uſos et q̄uis ſepe ab eis  
repellatur tamen deſiderio ſeduce  
di infeſtus exiſtit et quia uidet ho  
mini de felicitate quam ip̄e amiliſ  
q̄uis eam recuperare nō poſſet ip  
ſam tamen alijſ auferri contendit.  
Addidit qđ qđ ſalomon infinitā de  
monum multitudinē in quodā va  
ſe incluſit ſed poſt mortem ſuam cū  
de illo vale demones ignem mit/

terent et homines ibidem magnuz  
elle theſaurum putarent vas con  
fregerunt et demones exerentes a/  
erem impleuerunt. His dictis vir  
go pedem ſubleuauit et dixit fuge  
mifer et demon ſtatim euanuit. Be  
cura igitur efficitur. quia que prin  
cipem vicerat miniftrum proculdu  
bio ſuperaret. Sequenti igitur die  
conuenientibus populis in dici pre  
ſentatur et ſacrificare contempnēſ  
exiuit corpus qđ eius facibus ar  
dentibus conburitur ita ut cuncti  
mirarentur quomodo tam tenera  
puella tot poſſet tolerare tormenta.  
Deinde i vase magno pleno aqua  
ipſam ligariq; ponit fecit ut ex pena  
rum commutatione cresceret vis  
doloris. Sed ſubito terra concu  
titur et cunctis viuentibus. virgo  
illeſa egreditur. Tunc quinq; milia  
virorum crediderunt. et pro nomi  
ne christi capi talem ſententiam ac  
ceperunt. Prefectus autem timens  
ne alij conuerterentur concitus be  
atam margaretam decollari fecit.  
Illa autem impetrato orandi spa  
cio pro ſe et pro ſuis perſecutori  
bus neſnon et pro eius memoriaz  
agentibus et ſe inuocatibus deuo  
te orauit. Idens ut quecunq; in  
prolem emitteret. Facta qđ eſt vox  
de celo. qđ i ſuis ſe nouerit petitio  
nibus exauditam. Surgens qđ ab  
oratione dixit ſpicatori. Frater  
tolle gladium tuum et percuſte me.  
Qui percutiens. caput e. vno iſtu  
abſtulit. Et ſic martiriſ coronaz ſu

scepit. Passa ē at .xiiij. Kalēdas au-  
gusti ut in ei⁹ historia inueni⁹ alibi  
legit qđ in iij. ydus iulij. De hac vi-  
gine quidam sanctus sic dicit. Be-  
ata margareta fuit timoris di⁹ ple-  
na iustitia. predita. religioe compta  
spunctioe p̄fusa. honesta te lauda-  
bilis. pacia singularis. nihil qz i ea  
ōtrarium xp̄iane religioni inuenie-  
bat. odiosa p̄t suo dilecta deo do-  
mino iesu xp̄o

De nois interpretatione.

**A**lexius dicit⁹ est ab a qđ ē val-  
de ⁊ alexis qđ ē sermo. In ale-  
xi⁹ qđ valde in verbo dei robust⁹.  
Uel alexi⁹ qđ ab exi⁹. Uel ab am-  
bio ambis et exi⁹ qđ est circulus  
⁊ inde a exi⁹ qđ ambi⁹ circuluz a  
creatore incipiente ⁊ in creatorem  
desinetez qđ quilibet sapiēs deb⁹  
facere scz vt a deo incipiatur ⁊ in eo  
dem desinat. Qui eni a deo incipit  
⁊ ad eum non reuertit⁹ gehēne sen-  
tiet ecclēos. De sancto Alexio.

**A**lexius fuit fili⁹ eusemiani  
viri nobilissimi romani ⁊ i-  
aula impatoris primi. Cui  
tria milia puerorum assistebāt qui  
sonis aureis cingebant⁹ ⁊ vestimē-  
tis sericis induebant⁹. Erat at p̄di-  
ctus eusemian⁹ valde misericors ⁊  
singulis diebus in domo sua tres  
mensē paupib⁹. peregrinis orpha-  
nis ⁊ viduis pabant⁹. qđ strenue  
fuiebat. Et hora nona ip̄e cū viri.  
religiosis cibuz in timore dñi capi-  
ebat. Tū vxor noīe agalæc erat.

q̄ eiusdem religiōis ac p̄positi erat  
Cum at filium non haberet ad p̄-  
ces tñ suas dñs eis contulit filium.  
Post quē ip̄i deinceps in castitate  
viuere firmauerūt. Traditus ergo  
puer liberalib⁹ disciplinis ⁊ cuz in  
omnibus philosophie artibus ip̄e  
floresceret et iam ad puberem etatez  
venissz puella sibi de domo impia-  
li eligitur. et sibi in viugem copula-  
tur. Venit nox in qua cum sponsa  
suscepit secreta silentia. Tunc sc̄us  
iuenis sponsam suam cepit in dicto  
timore instruere ac ip̄am p̄uocare  
ad virginitatis pudorē. Deinde a  
nulm suū aureuz ⁊ caput balthei  
quo cingebatur libi seruanda tra-  
didit dices. Sc̄uscipe hoc ⁊ tua do-  
nec dō placuerit. ⁊ dñs sit iter nos.  
Post hoc de substantia sua accipi-  
ens ad mare discessit. Ascendēs qz  
occulte nauem laodiciam usqz de-  
uenit. Inde qz p̄gens edissam cui  
tatem syric⁹ p̄fectus est vbi imago  
domini nři iesu xp̄i sine humano o-  
pere sc̄a in sindone habebat. Quo  
pueniens omnia q̄ secuz detulēat  
paupib⁹ distribuit⁊ vestimenta vi-  
lia induens cuz ceteris pauperib⁹  
in atrio di⁹ genitricis marie sedere  
cepit. De clemosinis vero quātum  
sibi sufficere poterat sibi retinebat  
cetera vero alijs pauperibus ero-  
gabat. Ac pater de recessu filij m̄l-  
tum ingemiscens p̄ vniuersas mun-  
di p̄tes pueros suos milit qui cuz  
inq̄rerent diligenter. Quorum dū  
aliqui ad ciuitatem edissam venis-  
sent ab eo cogniti sed ip̄i eum m̄ni-  
me cognoscentes eidem cuz ceteri.